

recte concludit, creaturarum possibilitatem cognitionem non esse priorem processionibus per se loquendo, quasi creaturarum possibilitum cognitio sit per se requisita ad processionem, ut recte dedit Vasquez contra Cajet. sed ulterius etiam concludit cognitionem earum non esse simpliciter priorem processionibus personarum, sed omnino posterioriorem, tum quia aliunde non suppetit talis prioritas, ut constat ex solutione objectionum in oppositum, tum quia si ex alio capite extrinsecum id deducatur, semper sequitur, Deum in suo esse pendere à creatura, nec esse maioris necessitatis, & indigere creaturis ad sui esse, adeo quod illis sublati, ipse quoque deficeret, si hoc sequatur per se, & per locum intrinsecum, si ve per accidentis, & per locum extrinsecum, parum refert, nam talis dependentia Dei à creatura, aut coexistentia creaturae ad esse Dei aut necessaria connexio cum ea semper imperfectiorem dicitur in Deo, undecumque proveniat. Non sic autem tener illud argumentum aliud, quod addebat ad detegendam fallaciam in nostro: si persone, nisi procederent in divinis, adhuc intelligeretur, creatura procederet à Deo; ergo processionem divinae non sunt priores processionem creaturae, non inquam tenet haec consequentia, ut in nostro, quia licet sit similitudo in inferendo id, quod est per se, non tamen in inferendo id, quod simpliciter est; quamvis enim per se loquendo productio creaturae non praerogatur processionem personarum in Deo, quia creatura non producatur à Deo, quamvis trius est, quasi Trinitas sit per se ratio producendi, sed quatenus unus est, aliunde tamen illam requirit, scilicet ratione identitatis divinarum processionum cum principio per se requiritur ad productionem creaturae nempe cum illa perfectione divina, quae dicitur omnipotentia, quatenusque illa ponatur, effectus enim qui per se requiritur aliquid principium, etiam concomitantem requirit omne realiter identificantem cum illo principio, ut bene advertit S. minus, cit. num. 296.

Secundus modus respondendi est aliorum, qui est concedunt, creaturas posibles non esse aequalis necessitatis cum Deo, adhuc dicunt, quod licet necessitate intrinseca non sit tam necessarium, creaturas esse posibles, quam Deum esse, loquendo tamen de necessitate extrinseca, seu quoad extrinsecam illationem unius ex alio, tam necessarium esse creaturas esse posibles, quam Deum esse, quod sufficit, ut dici possit quod si posibles non essent creaturae, adhuc per locum intrinsecum sequeretur, nec Deum esse, quia sequeretur, cum non esse omnipotentem, aut summè communicativum; ita Lezana d. 9. cit. q. 3. cum aliis Thomistis. Verum isti repugnantia dicunt, scilicet creaturas posibles esse minoris necessitatis, quam Deum, eiusque omnipotentiam, & nihilominus per ablationem possibilitatis creaturarum per locum intrinsecum sequi, nec Deum esse omnipotentem; haec inquam duo pugnant, & unum destruit aliud, quia per necessarium simpliciter hic intelligimus, quod ab intrinseco omnino indefectibile est sublatum quocumque alio, ab ipso essentialiter diverso, quae necessitas his verbis explicatur, impossibile est, hoc non esse, & hoc modo Deus dicitur ens simpliciter necessarium, quia ex natura sua est ens ita actuale, primum, & per essentiam, ut nulla ratione deficiere possit, quocumque positione possibili, vel impossibili facta circa omne aliud à se, ut ait Doct. 1. d. 30. N. creaturae autem posibles sub ratione possibilitatis solum dicuntur necessariae, tanquam entia participata, cum non sint sub ea ratione contingentes, ergo implicat, & repugnat asserere, quod creaturae non sint aequalis necessitatis cum Deo, etiam in statu possibilitatis, & nihilominus ex ablatione possibilitatis earum sequi per locum intrinsecum Deum non esse, vel non omnipotentem; quia sicut necessarium nequit pendere à contingentem, eo quod iam necessarium non esset sub ea ratione, ita nec magis necessarium pendere potest à minus necessario, eo quod sub ea ratione non esset magis necessarium. Respondent aliqui, aliud esse, magis necessarium pendere à minus necessario, aliud vero cum eo necessarium connexionem habere; ex resolutione allata solum secundum deducitur quod minime repugnat, non vero primum; quamvis ergo verum sit, Deum non pendere à creaturis, attamen ratione quorundam attributorum habet necessariam connexionem cum illis, ut possibilibus, & talis est omnipotentia. Contra, quia si hoc appellatur dependentia, si ve connexio semper arguit principale argumentum, quia semper repugnat, magis necessarium talem habere connexionem cum minus necessario, ut illo deficiente, deficiat, quod dicitur magis necessarium, sicut neque necessarium cum contingenti habere nequit necessariam connexionem, aliquando necessarium non esset; Itaque repugnantia huius secundae solutionis in hoc consistit, quia si semel concedatur, magis necessarium posse deficere, deficiente minus necessario, & è contra, planè sequitur, illa duo extrema aequalis esse necessitatis, nihil enim amplius haberent, neque magis indispensabiliter connexa essent, si essent aequalis necessitatis.

teris, quia altero eorum diceret, & reliquum, & è contra perinde, ac foret omnino aequalis necessitatis vel contingentiae; quare si praefati Thomistae concedunt cum Caetano, creaturas posibles esse minoris necessitatis, quam sit omnipotentia, defendere nequeunt, deficientibus creaturis debere quoque ex hypothesi deficere Deum, vel eius omnipotentiam per locum intrinsecum; quare illo semel concesso minus consequenter dicunt, hoc Verbum procedere per se ex cognitione creaturarum possibilem.

Tertius proinde respondendi modus est communis Recentiorum ex Societate, qui ut defendunt, Verbum divinum procedere ex cognitione creaturarum possibilem, concedunt simpliciter, & absolute, creaturas posibles aequalis esse necessitatis cum Deo, eiusque omnipotentia, quia Deus habet necessariam connexionem cum illis, undè sequitur, tam esse necessarium in tali statu possibilitatis, ac Deum ipsum, & illarum possibilitate ablata planè sequi per locum intrinsecum non mansuram hanc Deum, nec eandem omnipotentiam; undè data illa conditionali non foret Verbum existens rationis, & proprietatis, uti nunc est, quia Deus in eo evenit non haberet perfectionem quam nunc habet, quia deficeret illi perfectio intrinseca omnipotentiae, & similiter cognitio Dei esset minus perfecta, & minus perfectum Verbum adaequatum illi cognitioni, quia non representaret omnipotentiam, & essentiam omnipotentiam terminum, qui sunt creaturae posibles; hanc autem ipsi quoque dicunt, non esse proprie dependentiam Dei, & Verbi à creatura quia per hoc in nullo genere cause creaturae dependens, ac recipiunt à Deo, & Verbo, cum per se essentialis quaedam habitudo sit factibiles, est igitur sola essentialis quaedam habitudo seu connexio terminorum, in quantum omnipotentia essentialiter postulat creaturarum possibilitatem, ut terminum sibi essentialiter subiectum, ubi nulla apparet imperfectio, sed potius infinita perfectio potentiae divinae, ita dicitur Suarez lib. 9. de Trin. cap. 6. Amicus, & Arriag. loc. cit. & Patol. dub. 6. num. 53. ubi proinde intrepide concludit, quod si lapis non esset perfectibilis, Deus non esset Deus, qui deest factus intrinseca perfectio factiva lapidis, quam Deus in se nunc realiter habet, qui enim ex hypothesi impossibilis petit, ut lapis v. g. ponatur impossibilis, si bene percipitur, quod petit, evidentiter advertit, esse simul necessarium petere, ut potentia factiva lapidis, vel alterius rei factibilis, quae verè, & realiter est in Deo, non sit in Deo, quis enim quocumque concepti, Deum posse facere lapidem, & tamen lapidem fieri non posse à Deo, sunt igitur hic duo ita connexa, ut si petis, lapidem non esse possibilem fieri à Deo, petas quoque necesse sit, Deum esse potentem facere lapidem, sed potentia creativa lapidis est quaedam realis, & intrinseca perfectio Dei, ergo verè petit, deesse Deo aliquam realem, & intrinsecam perfectionem, & consequenter Deum non esse Deum.

Neque hinc rectè deducitur, Deum indigere creatura possibile ut sit Deus, sed tantum sequitur, Deum non posse esse in se verum Deum, nisi in se habeat omnes perfectiones simpliciter absolute posibles, & habere in se virtutem communicandi esse creaturis indigentibus, quod quidem communicare non potest, nisi sint creaturae indigentes, undè hoc ponit indigentiam in sola creatura, & dependentiam, in Deo autem nullam ponit indigentiam, ac dependentiam, sed potius in infinitam abundantiam sui esse, & eodem profertis modo respondet Amicus d. 26. sec. 4. numero 140. cum enim inquit creaturae posibles supponant intrinsecam perfectionem in Deo, à qua formaliter habent, ut sint posibles, hoc ipso, quod tollitur aliqua creatura possibile, tollitur aliqua perfectio in Deo, quam talis creatura possibile supponebat in Deo, & à qua formaliter denominatur possibile, quare sublatis creaturis possibilem tollitur à Deo perfectio omnipotentiae, artis, & exemplaris, non quidem propter dependentiam huius perfectionum à creaturis, sed propter perfectionem, quam creatura ipse posibles necessario supponunt in Deo. Et haec tota doctrina fundamentum habere videtur in Scoto quod. 3. art. 1. lit. S. ubi addit, Deum habere necessariam connexionem cum creaturis in esse cognitio, & in esse possibili, licet creatura in tali esse non sit necessaria à se, sicuti Deus, & quod necessarium à se licet non nec necessario coexigat aliquid aliud à se in esse reali, bene tamen in esse cognitio, & diminutio, & hoc ex plenitudine sui perfectionis, non autem ex aliqua indigentia. Et hoc tandem est, quod ait Lezana cit. cum aliis Recentioribus hanc necessariam connexionem Dei cum creatura non provenire ex indigentia Dei, aut dependentia ex creaturis possibilem, sed ex summa, & infinita Dei perfectione, quae petit esse omnipotentem, & communicativam sui ad extra, undè provenit possibilitas creaturae, tanquam conditio necessaria, & terminus ipsa consecutus, longior sui in hac tertia solutione referenda, quia hic est frequenter, modus, & probab. defendendi opposit. sent.

Tota haec tertia responsio duobus salis nititur fundamentis, scilicet

Primum est, creaturam esse in statu possibilitatis aequalis necessitatis cum Deo, qui sermo adeo durus est, ut pia aures id audire exhorrescat, quia ut arguebat Doctor 1. d. 30. N. si aliquod ponitur necessarium extra Deum, hoc ponit non potest esse omnimodè dependentia ad primum necessarium, & idèò non esse ex se necessarium, sed ab alio; ergo implicat in terminis, creaturam esse aequalis necessitatis cum Deo, quia necessitas huius est in participata, & necessitas illius est indispensablem participata. Tu quia quis non scéalaliter audiendo ex eo, quod modus, vel forma posibles non esset, futurum non fuisse Deum, vel divinum Verbum, aut certe non cum ea perfectionis plenitudine, cum qua de facto est, & modo Deum esse Deum, & summè perfectum, quia formica, vel simia talis naturae, & figura fieri posibles sunt; Quae enim connexionem cum summa, vel formica, tanquam cum principio secundum esse intelligibile potest habere infinita Dei, vel Verbi divini perfectio; Et quod ait Fasolus pat. 1. qu. 14. art. 5. dub. 3. n. 41. & 42. quod loci hic se remittit, id solum potest scéalaliter a pullis, sicuti refutari disp. 4. in divino intellectu quaest. 1. n. 8. ubi ostendo, hanc doctrinam etiam dogmas scandalizare debere, quatenus ejus explicationem testificando. At concedunt aliqui, ut Lezana loc. cit. ad hoc evitandum absurdum quod si una aut altera creatura non esset possibilem, aut implicaret contradictionem, nihilominus Verbum produceret eodem modo, quod nunc, quia omnipotentia Dei, quamvis petat necessario, quod aliqua creatura sint posibles vagè, ad determinatum non tamen quod illud, aut istud determinat, negat tamè, quod si omnes creaturae essent impossibiles, aut nullae essent posibles, Verbum produceretur, quia ex tali hypothesi per locum intrinsecum sequeretur in Deo non esse omnipotentiam ac proinde non esse Deum, nec consequenter divinum Verbum. Sed quia visum ab hoc Auctore pronuntium verum esse, si semel concedatur, divinam omnipotentiam essentialiter imbibere respectum transcendentalem ad creaturas producibiles, nam talis modo transcendentis cause ad effectum utique actus, & explicari non debet in ordine ad omnes, & singulos in particulari à causa producibiles, itat ut unus ex illis esset impossibilis, causa quod impossibile esset, atque ita aliquoties evitet absurdum in confirmatione illatum; attamen asserendo, quod si omnes creaturae essent impossibiles, Deus quoque impossibile esset, non evitat vim principali argumenti, quod Deus non esset magis necessarius, quam creaturae omnes posibles, quod tamen, & ipse concedere recusat asserens, quoad necessitatem intrinsecam creaturas omnes posibles non esse aequalis necessitatis cum Deo; Tum quia, tam participata est, ac dependens necessitas solius formae posibles, quam totius universitatis creaturarum simul sumptarum, ergo si hac ratione admittit, quod una, vel altera creatura implicante, non ob id deficeret Deus idipsum quoque admittit tenetur, si omnes creaturae simul implicarent.

Neque etiam valet, quod aiebat Amicus, quod sublatis creaturis possibilem tollitur à Deo perfectio omnipotentiae, non propter dependentiam huius perfectionis creaturis, sed propter perfectionem, quam creatura ipse posibles supponunt in Deo necessario. Imò hoc concludit oppositum, quia si creaturae posibles talis supponunt in Deo talem perfectionem, ut veridicum est; ergo talis perfectio praeditur, utique ipsas creaturas posibles, quod enim alteri supponitur, utique illud praeditur aliqua prioritate saltem naturae, & illa praefertim, & quae non convertitur subsistendi contentia; ergo sublatis creaturis possibilem, non necessario tollitur à Deo perfectio omnipotentiae, quia prius non necessario tollitur ex sublatione posterioris, sed è contra. Undè neque etiam valet, quod loc. cit. sub inferebat, sublata qualibet creatura possibili non proceditur Verbum cum omnibus perfectionibus suis de facto processit, non propter sublationem creaturae, sed propter sublationem illius perfectionis divinae, quam talis creatura possibilem per se supponit in Deo. Non inquam valet, tum ob rationem dictam, quia talis perfectio non deficeret in Deo ex sublatione creaturae, si ab hac supponitur in Deo, quia prius non tollitur ad sublationem posterioribus, à quo non dependet; tum quia, si aut, Verbum non proceditur ex illa hypothesi cum tota plenitudine essendi, ut nunc procedit, non propter sublationem creaturae, quia ea non dependet in esse, sed propter sublationem illius divinae perfectionis, eadem ratione asserere debet, ex ablatione creaturae non auferi eam perfectionem in Deo, quia tam necessaria est illa ipsa perfectio divina, & à creatura dependens, ac Verbum ipsi; ergo sicut hac ratione per ipsum non tollitur Verbum propter creaturae sublationem, nec etiam eadem ratione tollitur illa ipsa divina perfectio. Neque etiam suffragatur, quod dicebat Fasolus, hoc minime inferre dependentiam Dei à creatura, cum potius sit essentialis quaedam habitudo seu connexio terminorum, in quantum omnipotentia essentialiter postulat creaturam possibilem ut terminum sibi essentialiter subiectum, undè cum creaturae posibles essentialiter habeant connexionem cum o-

mnipotencia Dei, quae est prior productione Verbi, etiam ipse creaturae prius ratione cognoscuntur, quam producat Verbum Neque inquam, id suffragatur, quia supponit Fasolus, omnipotentiam includere ordinem realem transcendentem ad creaturas posibles, quod falsum esse, mox ostendimus, tum quia falsum est, hanc necessariam connexionem Dei cum creatura non inducere indigentiam, ac dependentiam Dei à creatura, sed potius è contra; nam si ve haec appellatur dependentia, si ve coexistentia, si ve connexio, planè si musca, & qualibet alia creatura habet tantam connexionem cum Deo, ut implicante musca, Deus quoque implicaret, tunc ita necessario Deus muscam ad suam existentiam, & perfectionem illius, quam omnipotentia importat, exigeret, sicut musca Deum exigit, & divina omnipotentiam ad sui possibilitatem; haec autem mutua exigentia arguit quoque mutua dependentiam, & indigentiam in extremis se se invicem exigentibus. Tum quia ea, quae inter se connectuntur, sunt aequè necessaria ratione mutuae connexionis, & exigentiae, sed non est ita necessarium, esse creaturas posibles, sicut Deum esse, aut essentiam Dei, aut Verbum produci, quia ut sepe dictum est, necessitas Dei semper est in participata, & necessitas creaturae participata; ergo si nequent esse aequalis necessitatis, repugnat consequenter, esse inter se necessario connexa, quia talis necessaria connexio mutuae inter se necessario inter sic connexa aequalem necessitatem in eisendo.

Neque talem suffragatur, quod dicebat Lezana cum ceteris recentioribus, hanc necessariam connexionem creaturae possibilem cum Deo non provenire ex indigentia Dei, aut dependentia creaturis possibilem, sed ex summa, & infinita eius perfectione, quae petit esse omnipotentem, & sui communicativam ad extra, undè provenit possibilitas creaturae, tanquam terminus ex ipsa necessario consecutus, Imò hoc ipsum concludit oppositum, ut contra Amicum deducebam, si enim possibilitas creaturae est terminus ex infinita Dei perfectione consecutus, iam fatetur Lezana, infinitam Dei perfectionem, in qua ejus omnipotentia consistit, praecedere creaturarum possibilitatem in aliquo priori naturae signo, & in alio posteriori ad eam confecti creaturae possibilitatem, siquidem consecutio non est, nisi posterioris ad prius, & in hoc sensu utique verè est possibilitatem creaturae non quidem Logice, sed Physicam, & objectivè necessario consequi ad divinam omnipotentiam, ut dixi disp. 3. nu. 17. & hoc etiam est, quod docet Scotus quod. 3. art. 3. ut dixi disp. 4. nu. 6. in tertia enim responsione ad 2. objectionem ibi factam, quae magis approbat, alio modo esse necessarium in illud quod necessario requiritur, & hoc, si ve prexigatur, si ve coexigatur ad esse necessariam à se, & alio modo esse necessariam consecutus, & subdit, hoc tantum secundo modo esse necessariam creaturam in esse cognitio, & possibilem, nam praerogativa dicit quorundam prioritatem, coexistentiam, & similitatem, consecutio verò posterioritatem ad esse Dei praerogativa essentiae, coexigatur personarum; creatura verò in esse cognitio, & possibilem necessario coexigitur, & concomitatur; longe autem major est necessitas illius ut ibi dictum est, quod ad esse Dei requiritur, si ve prexigatur, si ve coexigatur, quam illius, quod necessario consequitur ad esse Dei, qualis est creatura in esse cognitio, vel possibilem, si ve ergo coexigitur Doctor, creaturam in esse possibilem praerogativa, vel coexigi ad esse Dei, vel processionem Verbi, alioquin nec Deus, aut divina persona esset magis necessaria, quam creatura in esse possibilem, sed essent in aequali gradu necessitatis, ut supra deducimus est, & hoc idè docuit 1. d. 39. ad argumenta 4. q. ad 3. Cum tandem dicebat Fasolus, haec invicem esse necessario connexa, lapidem non esse possibilem à Deo fieri, & Deum non esse potentem facere lapidem, & qui unum petit necessario petere aliud; Hoc tantum concludit de omnipotentia formaliter sumpta ut actualiter fundat, vel terminat respectum creaturae posibles, & de mutua denominatione relativa, quae secū fert necessario relativum simul, non autem prohibet de omnipotentia fundamentaliter sumpta, nam in hoc sensu illa duo non sunt necessario connexa, nam Chimera non dicitur impossibilis, eo quod Deus non possit illam producere, & ei potentia deficit ad eam producendam, sed è contra potentia Dei non potest exire in actum circa chimeram, quia ipsi deest potentia passiva ut producat; ergo falsum est in hoc secundo sensu, quod quia petit lapidem v. g. esse impossibile ex hypothesi, si simul necessario petat, ut potentia factiva lapidis, quae verè, & realiter est in Deo, non sit in Deo, ut ad hoc idem argumentum dixi disp. 2. quest. 1. nu. 10. Dices, ergo idè Deus potest aliquid facere, quia illud in se possibile est fieri; at hoc est falsum, quia res potius è contra se habet, quod possibilitas creaturae provenit ex omnipotentia Dei, & non è contra, tum quia tunc omnipotentia Dei esset veluti conditionalis, & hypothetica, hoc est, quod possit facere possibile ex hypothesi, quod fuerit possibile, & sic villosus conditionis esset, quam potentia factiva, quae est in creaturis, siquidè haec non est conditionata, sed absoluta habens determinatam materiam, & objectum; undè omnipotentia Dei accipienda est ab-



soluere, id est, quod talis natura sit, quod inferat, & per se absolute, & necessario possibilis, & factibilia, ad que se extendat. Resp. distinguendum esse de possibilitate logica & physica, seu objectiva; loquendo de prima verum est, aliquid posse Deum facere, quia illud in se possibile est fieri, nam hanc logicam possibilitatem non habent ex divina omnipotentia, sed ex se ipsis in genere causa formalis, & principiatiue ab intellectu diuino, ut dixi disp. 3. Met. quest. 1. art. 3. at loquendo de secunda verum est possibilitatem creaturæ ex omnipotentia Dei prouenire; & sic omnipotentia Dei dici potest condicionalis; & hypothetica, si confertur cum possibilitate rerum logica, nam imponit res sic possibilis, & potest quodlibet facere, si in se non repugnet; si vero confertur cum possibilitate physica, & objectiva, tunc utique est absoluta, & talis naturæ, quod inferat, & petit absolute, & necessario possibilis, & factibilia, ad que se extendat; sed rursus ex hoc deducitur, prius concipi debere hanc perfectionem in Deo, quam res possibilis, nam si ipsa absolute inferat eorum possibilitatem, & facit illas possibilis, ergo iam eam præcedere in aliquo signo concipi debet in Deo, & in alio signo res subsequi in statu possibilitatis, quia inferens est prius illato, saltem prioritate naturæ.

94 Alterum illius tertii responsonis fundamentum, quod necessarium habet connexionem cum primo iam everso, est, omnipotentiam in Deo dicere relationem transcendentalem ad creaturas possibilis, arque ab illis essentialiter, ut termino pendere sicut uniuersaliter qualibet relatio a suo termino dependet; quod quidem fundamentum connexionem habet cum primo iam everso n. 1. quod creatura in statu possibilitatis equalis necessitatibus cum Deo, quia eum relatiua sunt simul natura, ac inuicem necessario connexa, & posita se ponant, ac precepta se permutant, planè sunt equalis necessitatibus; ergo si Deus, ut omnipotens correlatiue se habet cum creatura, ut possibilis, consequens est, ut sint equalis necessitatibus, at iam ostendimus, Deum, & creaturam in puro statu possibilitatis, ergo Dei ad creaturam neque dari relatio realis etiam transcendentalis, ut hac eadem ratione probatum est disp. 8. Log. quest. 5. art. 1. n. 65. ubi proinde n. 66. statim omni potentiam, & omniscientiam non esse perfectiones relatiuas secundum esse, ita essentialiter includunt ordinem transcendentalem ad creaturas, sed esse perfectiones relatiuas tantum secundum dici, quæ de principali significato aliquod absolute importat connotando creaturas possibilis, non ob aliquem respectum realem, quem fundent ad illas sed ob dependentiam essentiali creaturam ad Deo, ut a primo eque quemadmodum etiam de omniscientia disputamus disp. 3. quest. 1. n. 9. & 10. ubi etiam quibusdam Facoli objectionibus occurrimus; Ex quo deducitur, quod si possibilis non essent creature, adhuc esset in Deo potentia, & æque perfecta, ac infinita, ac modo est, quia est tunc non vendicatur sibi denominatiue, respectuque potentie; cum talis relatiua denominatio, sub tali termino possibilitatis subsistere nequeat, haberet tamen omnem realem perfectionem, quam nunc habet, cum ille respectus sit rationis tantum; illa ergo perfectio, quæ sibi vendicatur denominatiue, respectuque potentie, fundamentali ter respectu, & secundum omnem id, quod a parte rei importat, absoluta est, non respectiua, ut docet Scotus 1. d. 30. quest. 2. §. ad argumen. 2. quest. 1. & d. 35. 36. & 43. & est principium creaturæ per suam rationem absolutam, ac omnino a creatura independentem, etiam ut termino respectus; neque enim per ordinem ad creaturam quasi per ordinem ad obiectum specificatur diuina omnipotentia, sed ex sua infinita perfectione hoc sibi vendicatur, quod supposita obiecti alicuius possibilitate, & factibilitate, mox intelligatur Dei potentia ad illud se habere, tanquam factiua illius.

95 Hinc igitur declaratur, quomodo esse possit, quod Dei omnipotentia sit prior productione diuinarum personarum, cum essentialia ad intrâ præcedat notionalia, nec tamen creaturæ possibilis prius ratione cognoscatur, quam diuina persona producantur; etiam in aliquo priori naturæ signo imaginanda est in Deo illa perfectio, quæ sortitur denominationem, respectuque potentie, ex sua infinitate veluti capax omnis terminationis possibilis in suo ordine, sed pro tali signo nõdum ad aliquid extraneum terminata, sed absolute perfectio facta sua infinitate, ac entitate, quatenus est hæc infinita voluntas, quocumque alio extraneo per possibile, vel impossibile sublato; in posteriori vero naturæ signo completis diuinis productionibus imaginanda est possibilitas creaturæ, & quia terminati ad illam, ut principium productiuum ejus nullam involuit imperfectionem, iam eo ipso, quod creatura ipsa possibilis est, intelligitur perfectio diuina terminati ad illam absque alicujus perfectionis accessu, eum in infinito nihil perfectionis accedere queat; quod declarari potest exemplo ipsius diuini intellectus, vel omniscientia, nam intellectus diuinus, vel ejus cognitio, quæ unicum, & simplicissimum actum importat, respectu cuiuscumque intelligi-

bilis, in primo naturæ signo intelligitur ratione suæ infinitatis capax terminationis ad quocumque intelligibile, quæ tamen in eo primo signo in ea omnia obiecta actu tendere non intelligitur; quia saltem non ad creaturam actualem, ut concedunt ex Adversariis quæ plures, nobiscum in prima parte assertionis convenientes, dum concedunt, Verbum non produci ex scientia visionis, seu libera; Deinde vero in posteriori naturæ signo cum per decretum diuine voluntatis determinata est futurius ad existendum, & nõ existendum terminati ad illam partem, etiamque distinctè cognoscere absque alicujus perfectionis accessu; sic igitur in proposito quoque concipienda est perfectio illa in Deo, quæ habet rationem omnipotentia, quod prius natura, quam terminati intelligitur, atque referri ad possibilem creaturam, sua absoluta ratione sit talis, quod si sit possibilis creatura, possit ad eam referri, & terminari, ut principium ejus, & quod in eo primo signo talis actualis tendentia, vel relatio ad creaturam possibilem, ut sic maneat veluti suspensa usque ad secundum naturæ signum, ut explicauit Smiling, quest. 5. citat. in fine, quæ doctrina deducitur ex Scoto 2. d. 1. quest. 1. in resolutione questionis, ubi docet; tunc in ordine ad intrâ, tunc in ordine ad extra duo esse assignanda naturæ signa, in quorum primo intelligitur complexus totus ordo productionum diuinarum personarum ad intrâ; & in secundo intelligitur totus ordo creaturam completus in mente diuina ad extrâ secundum esse, quod ab æterno acceperunt, si uè ideatum, si uè cognitum, si uè possibile, aut diminutum, ut loquitur Doctor.

96 Facilius dub. 6. cit. num. 55. videns, valdè durum esse, quod ipse cum aliis concedit argumento Scotico pressis, creaturas scilicet tanta necessitate esse possibilis, quæta necessitate Deus actu existit, & esse omnipotens, & quanta necessitate produciatur Verbum, subiungit ad id cohonellandum, quod hæc equalis necessitas quocumque non est in eodem essendi genere, sed in Deo est necessitas in genere perfectio essendi potentia, id est fit cum magna iniquitate, quia in Deo est necesse essendi cum omnimoda dependentia ad Deo; omnipossibile enim essentialiter coexistit omnipotentiam, tanquam causam, quæ recipiat esse, contra vero actualis omnipotentia essentialiter etiam coexistit omnipossibilitati, tanquam effectum, cui det esse; unde conclusit, invalidè nos contra ipsos arguere, & exclaimare, quæsi creaturis tribuant eandem essendi necessitatem, quam habet Deus ipse, cum eorum sententia longe alia sit, scilicet creaturas habere tantam necessitatem in esse possibilis, quætam habet Deus in esse actuali, cum hoc esse actuale diuinum, necque in re neque in intellectu redè cõcipiente, dari possit absque esse possibili creaturam. Falsum tamen est, nos esse tribuere, quod Deum, & creaturam faciant omnino æquales in necessitate essendi, sed eis adscribimus, quod creaturam in statu possibilitatis, dicant, esse equalis necessitatibus cum Deo in actu actualitatis, & adhuc in hoc sensu dicimus, id adferri non posse, absque duritie, & absurditate, quia si creaturæ non essent possibilis, adhuc Deus actualiter existeret, ergo nec in statu possibilitatis præcisè considerata sunt equalis necessitatibus cum Deo in actu actualitatis; Tunc quia si necessitas possibilitatis creaturam est cum omnimoda dependentia ad Deo, & necessitas actualitatis in Deo cum omnimoda independentia ad creaturas, iam manifestè sequitur, in nullo sensu dici posse equalis necessitatibus, neque in rigore dici posse, quod diuina omnipotentia essentialiter coexistit omnipossibilitati, quam effectum, cui det esse, quia mutua duorum coexistentia dici rectè procam amborum dependentiam; Tunc quæ, quod hæc duo inter se comparantur in ratione cause, & effectus, quomvis aliquo modo saluet, quoad entitates absolutas non esse inter illa mutua dependentiam, sed illam tantum entitatem dependere, quæ habet rationem effectus, & causati, tamen si amba illæ entitates formaliter considerentur, ut includunt mutuas relationes transcendentales omnipotentis, & possibilis, ita planè mutuo inter se dependent, sicut unum relatiuum in tali esse a suo correlatiuo dependet, & è contra, si uè hæc mutua dependentia explicetur nomine coexistentie, si uè necessitate connexionis, vel alio modo, Tunc quia inter causam, & effectum, nec totaliter, nec primò esse ordo inter creaturam, sed est primò inter absoluta, quatenus ad absolutum in causa sequitur immediate absolute in effectu, ut ait Doctor 2. d. 1. quest. 2. quem deinde absolute in effectu, ordo relationis inter ipsa, & stans in primo ordine, intellecto primo, & absolute esse cause non est opus, intelligi esse effectum, & sic non sunt simul secundum subsistentiæ consequentiam, & ratione secundum ordinem, qui est inter correlatiua, ut sic, sunt omnino simul, & natura, & naturali intelligentia, ad quod si est causa in actu, erit effectus in actu; si est causa in potentia, erit quoque effectus in potentia, seu causabile; ergo si

tales relationes transcendentales utrinque sunt reales, ut Facilius admittit, etiam inter Deum, & creaturam in ratione omnipotentis, & omnipossibilis, planè vitari non potest, quia quantum ad tale esse relatiuum ambo extrema sint æque necessaria, & mutuo ab inuicem dependentia, & se se necessario coexistentia.

97 Alii tamen Recentiores, quamvis tertiam illam responsonem sub n. 90. amplectantur, & concedant creaturam esse equalis necessitatibus in statu possibilitatis cum Deo in statu actualitatis, adhuc tamen inficiantur, in Deo esse realem ordinem, & respectum transcendentalem ad creaturas possibilis, cum omnis ordo, & respectus realis aliquid importet dependentiam, præsertim quando talis ordo est ad terminum diuersæ naturæ; addunt tamen, quod est Deus, ac quelibet ejus diuina perfectio sit absoluta ab omni ordine reali ad creaturas, non tamen hilitatis, idque non ob imperfectionem, aut dependentiam ipsius ad creaturas, sed ob suam iam plenitudinem essendi, & dependentiam creaturam ab ipsa, Amicus disp. 26. cit. n. 139 & 140. & q. 3. cit. ad 2. Hæc tamen quasi in puris verbis consistit, quando quidem non potest intelligi connexio unius cum alio sine relatione, imò ipsa connexio non est, nisi quedam relatio inter duo, vel in esse, vel in intelligi, quæ dicitur naturalis Deo, quæ, cum nulli modo ad creaturas dependeat, non potest ad illas realiter referri, addit deinde, etiam in nostro casu hanc connexionem inter omnipotentiam, & creaturas possibilis non esse sine aliqua relatione reali, non quidem omnipotentia ad creaturas, sed creaturam ad omnipotentiam, Contra, quæ ex hoc, quod Deus a creaturis sit independentis, non tantum inferitur, quod relatione reali nequeat ad eas referri, sed etiam quod quæ, & necessaria per se connexionem non habeat, quia ea que inter se necessario connectuntur, sunt æque necessaria, & mutuo inter se dependent ratione talis connexionis; Et quod aiebat Amicus, hanc connexionem ex parte Dei non prouenire ex imperfectione, & dependentia ad creaturas, sed ex plenitudine perfectionis, & dependentia a creaturam ab ipso; hoc nihil est, & pura verba sunt, quoniam si ambo illa extrema se se inuicem coexistunt ratione talis connexionis, erit mutua indigentia utriusque; & mutua dependentia, tum quia si possibilis creatura non prouenit ex plenitudine diuine perfectionis hoc erit per quamdam necessitatem sequalem, ut dictum est supra n. 93. ex Scoto quod 8. S. at hinc inferre non licet talem necessitatem connexionem inter Deum, & creaturam qualem Adversarij præterunt, ut possibilis creaturam præxigatur, & vel cogatur ad Verbi productionem, sed tantum per necessitatem sequalem, in quo sensu admittamur necessaria connexionem omnipotentis Dei cum creaturis possibilibus, rectè non inferitur, cognitionem possibilium Verbi productionem præcedere, sed potius omnino subsequi; Et hoc idem ostendit, quod addebat Lezana, hæc connexionem explicari debere per relationem transcendentalem dependentiam ex parte creaturæ possibilis, & per solam terminationem ex parte omnipotentia hoc in ipso fatetur, quod nos supra diximus n. 94. & 95. diuinam omnipotentiam a parte rei dicere perfectionem absolutam in Deo, atque idem in aliquo priori naturæ signo bene concipi posse, priusquam terminatè intelligatur dependentiam creaturam possibilium in ratione cause, & principij.

98 Quartus tandem euaðendi modus est Ariægoi disp. 52. n. 28. ubi non contentus tertia solutione data, quam omnino approbat, addit argumentum dissolui ex ipsis nostris principiis, sicut enim in sententia nostra, licet essentia diuina sit omnino independentes ad creaturis possibilibus, tamen de facto quando illæ sunt possibilis nulla facta mutatione in essentia quoad entitatem, sed solum quoad denominationem, essentia diuina verè, & realiter illas cognoscit, & potest producere, etiam idem non sicut in Verbo, scilicet illud esse quoad entitatem omnino independentes ad creaturis possibilibus, quoad denominationem tamen verè, & realiter de facto ex cognitione illarum producit, easque representare per modum Verbi; quod si in Deo sola denominatio potentis nulla addita intrinseca entitate constituit Deum realiter productiuum, & cognoscituum creaturam, cur eadem denominatio non constituit Deum productiuum Verbi, licet quoad entitatem omnino sit absolutus a creaturis Verum, in hac infantia ex nostris principiis quædam nobis adscribit, quæ non asserimus, & forte neque assentur à Vasquez, contra quem ibi agit; Quamvis enim dicamus, Deum denominatiue terminati ad creaturam, ac omniscientem per solam terminationem eiusdem simplicissimi actus diuini intellectus, & facta mutatione quoad entitatem, non tamen dicimus, hanc mutua denominationem constitutere Deum realiter productiuum, & cognoscituum creaturam; imò realiter talis constituitur per absolutas perfectiones, quas in ipso importat qua-

99 nipotentia, & omni scientia fundamentaliter inspectæ, & solum formaliter, & denominatiue constitutur talis per terminationem ad creaturas, quæ ipsi nihil addit a parte rei; Cum verò hinc deducitur, pari modo dici posse de Verbo, quod quoad entitatem sit a creaturis possibilibus independentis, quoad denominationem tamen verè, & realiter ex cognitione illarum producat, easque representet per modum Verbi; quæ paritate hoc deducatur non videt; nam essentia diuina (ut ejus modo loquendi utar) bene terminari potest ad creaturas, ut intelligibiles, ut possibilis, absque ulla ab eis dependentia, quia hæc terminatio sit absque ulla relatione intermedia, & aduentu essentia in posteriori signo naturæ, in quo comparatur ad extrâ ad obiecta secundaria; at si Verbum procedit ex cognitione creaturam possibilium, sicut ex per se principio secundum esse intelligibile, quod habeant in memoria, & in intellectu Patris in actu primo, sicque necesse sit, in quodam priori rationis concipi a nobis creaturas possibilis in intellectu Patris, secundum esse intelligibile, antequam sit Verbum productum; planè id contingere nequit sine vera, ac propria dependentia, quia tunc creaturæ prius conciperetur esse possibilis, quam Verbum productum, & secundum tale esse dicerentur pertinere ad memoriam secundam Patris, tanquam Verbi principium saltem secundum esse intelligibile; aut ergo non satis capio, quid sibi velit Ariægo, ac certe assumpta paritas non valet.

ARTICULUS QUINTUS.

Asserum sententia nostra fundatum.

Aliud fundamentum nostræ sententiæ jecit Doctor loc. cit. non minoris momenti, deducum ex ordine primarij, & secundarij obiecti, ex quo sic arguit, prius est ratione nostra cum fundamento in te, quod si Pater æternus producat Verbum, quam quod cognoscatur creaturas possibilis; ergo Verbum non procedit ex cognitione creaturam, nec illa supponitur eius productioni; consequenter patet, & probatur antecedes, Pater æternus prius natura cognoscit essentiam diuinam cum omnibus quæ in ea inueniuntur ex natura rei, & per idcirco, ut attributa, relationes, quæ sunt creaturas possibilis, quæ in ea continentur eminenter tantum, & virtualiter, cum prius cognoscatur obiectum primarium, quæ secundarium; sed in eo priori, in quo Patris cognitio intelligitur sic terminata ad effectum præcisè, velut ad obiectum primarium, illa cognitio est simpliciter infinita; ergo illa sufficit dicatur Verbum ex perfectissima cognitione produci diuine essentia; imò si Verbum proprie dicatur produci per cognitionem, tanquam per principium, quæ, vel tanquam per actionem productiuam, ut continentur Adversarij, adhuc ea cognitio erit secunda, & productiua Verbi; quia est infinita, & perfectissima. Conf. quoniam ut arguit Doctor, quod 14. ar. 2. prior naturaliter est motio ad primū obiectum, & ad terminum simpliciter infinitum, quam ad secundum obiectum, & terminum finitum; sed motio ad productionem Verbi, est ad primū obiectum simpliciter infinitum, motio ad cognitionem possibilium est ad terminū finitum; ergo motio ad productionem Verbi præcedit cognitionem creaturam possibilium; major probatur, quia infinitum simpliciter non potest præxigere finitum, & primū obiectum nec præxiguntur coexistit secundarij, alioquin id secundarij non esset; ergo prius essentia cum omnibus ex natura rei in ipsa reperit est præcisè intellectui diuino, quam creatura; probatur minor, quia relationes ea ratione, quæ sunt in diuina essentia ex natura rei, sicut at tributa dicuntur spectare ad primarium obiectum diuini intellectus.

Respondet Suarez e. 6. cit. quod licet essentia sit primarium obiectum diuini intellectus, & ratio cognoscendi creaturas, ut obiecta secundaria, nihilominus cum diuino intellectu nequeat comprehendere diuinam essentia cognoscere, nisi etiam cognoscatur creaturas in ea eminenter contentas, consequenter nequit pro aliquo signo cognitionis Patris ad diuinam essentiam terminari, quin in eodè ad creaturas possibilis, quocumque terminari, ut autem diuine essentia cognitio sit infinita, & perfectissima, debet esse comprehensivè, sic patet ad Conf. inquit, maiore esse veram, cum motio ad terminum primarij non sit cum perfecta comprehensione obiecti motiui. Hæc tamen responso nititur falso principio de natura comprehensionis, quod, scilicet ad comprehensionem alicuius obiecti requiritur cognitio etiam eorū, quæ in ipso continentur virtualiter, & eminenter, quoad quod idem fuisse, quod attingat tunc solum, quæ in eo continentur formaliter, & ex natura rei modo declarato disp. 6. de anima quest. 12. n. numer. 344. Tunc quia cognitio essentia præcisè creaturas, & possibilis perfectissima est, si cognoscatur, quantum cognoscibilis est cum suis attributis, & relationibus, quia creatura nihil intensivè addit supra perfectionem intensivam diuine essentia; ergo in eo priori illa cognitio, ut sic ad essentiam terminata, est perfectissima, & infinita, quæ attingit



